

Illustrissimo Celeberrimoque Viro
Leonardo Eulerō

312

167

Johannes Polenus S. P. D.

Sero redditae mihi fuere litterae tuae datae VI.
Id. Mart. verum ex iisdem incredibilem voluptatem
accepi. Avebam enim, et avebam quidem ex animo,
de Te aliquid scire. factus itaque vehementissime
sum, cum intellexi, Te (favente Potentissimo Rege
uo) ad patrias oras revertisse:

Dulcis amor patriae, dulce videre suos.

Fixint Superi, ut istis quaecumque doctrinae et
virtute tua Tibi es comparaturus sentias Tibi
laute feliciterque exivisse.

facturam Opusculorum (quaecumque ea tandem
sint) meorum reparare vellem. At nescio quā
via fasciculum istum mittere. Si modum aliquem
noveris; mihi, quaeso, eum indica, ut inter nos
non tantum epistolarum, verum etiam fibrorum
commercium habere possimus. de hoc eodem
modo, quem cepis dicere, scripsi Cl. Jo. fid. Ulis.
Hunc ubi nomino, velim a Te scire quis qualisque
ille sit. Ex ejus enim litteris, eum perhumatum
virum esse intelligo: ceterum eum minime nosco.

Ex peregratis autem tuis litteris plane percepi, quod
ac quanta merita tua sint de Commentarijs
Petropolitanae Imperialis Academiae. Bene erit
Scientijs melioribusque Artibus si ij omnes, qui
doctissimā industriā tuā in ordinem redacti
fuerunt, prodeant in publicam lucem. Post sextum
volumen, nullum aliud volumen ego vidi.

Nimium hodie pectus Parisiorum fasciculum
 accepi, in quo, praeter caeteros fibros, etiam
 tua de aestu maris disertatio continetur. Eam
 avidissime legam. Interim libens vidi observa-
 tiones, quas Archangelopoli recepisti, satis
 apposite cum Theoria tua contentire.

Quae de Planetarum Periodicis moribus vel circa
 Solem, vel proprios circa ^{michi scripsisti} Axes, magis quidem
 in Astronomica re momenti sunt. Per placet
 mihi, probari a Te rationem, quam nunc doctis-
 =res sequuntur, constituendo Periodos aequalis
 durationis, quoad contrarium, fiat manifestum.
 Et illud est magnopere considerandum, quod ex
 comparatione innotescere nobis non possit, num
 Telluris nostrae vertigo (unde nostras tempora
 mensurae) constantem temporis Periodum circa
 suum Axem habeat; an seuis contingat. Inesse
 posset inaequalitas aliqua in Planetarum mo-
 tibus, quae tamen non apparet, quia
 aequalis aliqua inaequalitas in Telluris diurno
 motu eam compensaret, et contrario quoque
 modo res habere se posset. Ante paucos annos
 disertationem ego edidi de Tabularum
 Astronomiarum dissenso et ~~et~~ consensu
 cum caelo; in qua quidem, quidem sententiam
 aperui. Sed quidem Tu mihi de huiusmodi
 rebus scripsisti legi ego libenter ceu utile,
 ceu dignum omnia doctrina tua.

Non inveni quemquam hactenus eisdem excellen-
 tiam fibrorum Bibliothecae Crovii, quos mihi
 indicasti: si in posterum inveniam, faciam Te
 certiores.

Paucas, quas ego habui, Cometae Observationes non-
 dum in ordinem redegi, neque ad catalogos ra-
 tionemque adduxi, ob itinera, quae publicarum
 quarundam rerum causa, suscipere debui.

Si alicubi nancisci poteris libellum hunc: Disertatio
de Noctiluca mercuriali, sive de luce, quam

argentum vicum in tenebris fundit etc. Michaelo
Heuringer Gothano Auctore. Gissae. 1716. in 4^o
quem hactenus frustra quaesivi mihi, is libellus
enit longe gratissimus.

Fac ut valeas, ut me redames, ut mihi favere
pergas.

Latavio. Kal. Jun. GIDJCCXLII.

M. B. N.

[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly bleed-through or a second draft]

[Faint handwritten scribbles]

A Monsieur
Monsieur Leonhard Euler
de l'Academie Imperiale de
Petersbourg etc.

16

A Berlin.

J — 28



Handwritten text in a cursive script, likely a letter or manuscript, written vertically on the right side of the page. The text is partially obscured by a vertical crease and some staining.